extra observantes abductus taliter ab huiusmodi imminenti periculo auxiliante domino[c] liberatus. Quid plura? Cognita iam per provinciam huius sancti viri contumelia universus populus opidorum[d] urbium atque villarum circumquaque in ultionem iniuriarum sui pastoris uno spiritu concitati (concurrentes[e]) ad arma civitatem Coloniensem per dies aliquot obsederunt,[f] donec civibus, qui huiusmodi fuerant auctores mali[g] eis traditis vindictam in eos nesciente causam[h] ipso archiepiscopo nec consenciente fecerunt plures ex dictis civibus privatis oculis excecantes[i]. Verum post vindictam huiusmodi in dictos cives taliter factam vir sanctus memorans in conscientia apud seipsum, quod bonarum est mentium timere ibi culpam, ubi culpa[k] minime reperitur, et de facto quamvis non suo sed propter ipsum perpetrato[l] multum penitens ad ultimum accedens Coloniam[m] omnes cives in concione[n] ad pacem et concordiam humiliter invitavit et sacra exhortatione[o] alloquens ad pacis et concordie imbuit unitatem. Insuper ad perfectum caritatis in ipsis suis civibus vinculum confirmandum[p] ipse sacra missarum solempnia[q] celebrans omnes tam emulos quam comites[r] communicavit[s] sacramento corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, multa exhinc fomenta adhibens pietatis. Postmodum accedens ad monasterium montis[t] Sybergensis[u] et cum fratribus religiosis tractans de verbo vite et bonis operibus elimosinarum orationum atque[v] ieiuniorum insistens[+] ibidem

cat. I. in domino feliciter obdormivit[++] sepultus ibidem tam in vita quam post mortem[w] multis miraculis choruscando. Porro post decessum

ann. max. a. a. 1183. huius sancti viri, cum corpus eiusdem (iam 108 annis iacuisset in sepulchro[x]), translatum est corpus eiusdem per venerabilem Iohannem presbiterum[y] sancte[z] Romane[a] ecclesie cardinalem et Petrum Lunensem

\+ regressus Coloniam et pestem podagricam dextro pede incidit et ibi occubuit ex vit. s. Ann. III, c. 5 male add. 1. 4'. 4". ++ add. 4'. 4": a. d. 1075 anno episcopatus sui XX.

c) deo 4. 4'. 4". d) oppidorum 4. 4'. 4". e) concurrens 3. ~~f) hui. mali f. a. c. 1. 2. 3. g)~~ f) obciderunt 3. g) hui. m. f. a. 2. 3. h) tamen 1. 2. 3. i) execantes 2. k) timere ubi et culpa 3. l) preparato 2. m) ad Col. 4. 4'. 4". n) communi 1. 2. 3. o) hortacione 2. p) confirmandi 3. q) sacrarum sol. 2. r) communes 1. 2. 3. s) communicans 1. 4'. 4". t) montis deest 3. 4. 4'. 4". u) Siberg 3. Sibergense 4. 4'. 4". v) et 4. 4'. 4". w) in morte 3. x) sepulcro 2. 3. y) et add. 4. 4'. 4". z) sancte deest 3. a) Rome 4. 4'. 4".